



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

78. Congregatio à Particularis &c. Declaratio, & Extensio Decreti lati sub
die 31. Augusti 1692. super abolitione Tribunalium particularium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Præservatur
Jurisdictio pro
Causis
cepis.

tur ac si non emanassent, aut nunquam fuissent confirmata, vel innovata.

§. 2. Mens autem, ac sensus Congregationis fuit, & est sub præsentis ordinatione non comprehendere Causas jam instructas, seu alias legitime contestatas coram Judicibus particularibus, quivè propterea ea non obstante poterunt ad illarum expeditionem prout Juris procedere: Verum si Causis hujusmodi expeditis appellari, reclamari, supplicari, recurri, aut in integrum peti restitutio contingat, appellationes hujusmodi, reclamaciones, supplicationes, recursus, ac petitiones restitutionis in integrum devolvantur ad Signaturam Justitiæ, prout praticatur in cæteris Causis expeditis ab Judicibus Ordinariis, nec amplius redire possint ad Tribunalia antiquorum Privilegiatorum, sive ad Protectores, Archipresbyteros, alioque ut supra: Prout nec etiam in casu recursuum, & appellationum in posterum interponendarum à Sententiis, & Decretis Judicum per eosdem privilegiatos extra Curiam deputatorum, seu deputandorum, hujusmodi recursus, & appellationes amplius ad supra nominatos, sed ad Judices Ordinarios, & competentes Romanæ Curie devolvi debeant.

Excipiuntur
Jurisdictiones
aliquorum
& in ali-
quibus.

§. 3. Declarando tamen, quod per præsentem ordinationem non censeatur ullo modo adempta Cardinalibus, Archipresbyteris, Protectoribus, seu Titularibus, eorumque Vicariis, aliisque Deputatis facultas, seu Jurisdictio in his, quæ concernunt servitium Ecclesiæ, seu Loci Pii circa disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem dumtaxat; prout quod neque sub eadem ordinatione comprehensa sint Tribunalia Camera Apostolicæ, Legatus Avenionensis, ac Judex Fabricæ S. Petri, neque Congregationes descriptæ in solito Liberulo, seu Elencho Congregationum, ac Tribunalium Urbis.

De interesse
Notario-
rum, & Ar-
tibus.

§. 4. Quo verò ad interesse Notariorum, necnon ad Artes, & Consularum Urbis, censuit eadem Congregatio, esse imposterum particulariter providendum. Hac die 31. Augusti 1692.

Sanctissi-
mus man-
dat obser-
vari etiam
ante Con-
stitutione
edendam.

Facta sub eadem die 31. Augusti 1692. per me infrascriptum relatione premisse resolutionis Sanctissimo D. Nostro, Sanctitas Sua præcepit illam publicari, & interim omnino observari, donec desuper edatur Bula, ac si eadem jam emanasset.

Anfaldus de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Sequuntur nomina Prælatorum, aliorumque, qui prædictæ Congregationi Particulari à Sanctissimo specialiter deputata intervenerunt.

Reverendiss. P. D. Prosper Bottinus Archiepisc. Myren. Fisci, & Camera Apostolicæ Advocatus, & Promotor Fidei.
Reverendiss. P. D. Jacobus Emerix Sacra Rotæ Decanus.
R. P. D. Matthæus Yfere de Hervault Sac. Rotæ Auditor.
R. P. D. Federicus Caccia Sacra Rotæ Auditor.
R. P. D. Joseph Molines Sac. Rotæ Auditor.
R. P. D. Jo. Dominicus Thomatus A. C. Locumtenens.
R. P. D. Curtius Origus Signaturæ Justitiæ Auditor.
R. P. D. Joseph Sacripantes SS. D. N. Subdatarius.
R. P. D. Ferdinandus Nuptius Reverendæ Camera Apostolicæ Commissarius Generalis.
R. P. D. Anfaldus de Anfaldis Auditor Sanctissimi.
D. Fattinellus de Fattinellis Primus Collateralis Curie Capitolii.
D. J. Dominicus Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentiissimi Domini Card. Vicarii.
Pro D. Succellore D. Nicolai Florelli olim A. C. & Sac. Pal. Apost. Not. Angelus Montanus pro R. Cam. Administrator Deputatus.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, prædictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curie, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Sebastianum Vassellum Sanctissimi Domini Nostri Papa Cursorem.

M. Aurelius Pelliccia Mag. Curs.

Declaratio, & Extensio Decreti lati sub die 31. Augusti 1692. super abolitione Tribunalium particularium.

LXXVIII.

§. 1. Congregatio Particularis à Sanctissimo D. N. INNOCENTIO Papa XII. specialiter (ut infra) deputata, prosequendo reformationem super reservatis sub die 31. Augusti proximè præteriti, ac super aliis per Sanctitatem Suam sibi expresse demandatis, censuit, eidem Sanctitati Suæ esse proponendum, quod in enunciata nova Constitutione per Sanctitatem Suam promulganda ulterius provideatur, ut sequitur, nempe, quod Basilicæ, Collegia, Hospitalia, cæteraque Loca pia, quæ ex concessione Apostolica habebant electionem, & usum proprii Notarii in primis, & ulterioribus instantiis, in posterum in Causis, in quibus agatur de vero, ac proprio interesse dictarum Ecclesiarum, ac Locorum piorum, non teneantur ad aliquam solutionem Extractus, seu Regestri, sed Notarii quorumvis Tribunalium debeant in dictis Causis, & in qualibet instantia conficere Instrumentum Actorum, prout jacent, nihilque ab eis ultra consuetam mercedem pro dicto Instrumento Actorum sub quovis prætextu petere, aut exigere.

Basilicæ,
Collegia,
& loca pia
quæ potie-
bantur In-
dulto ha-
bendi No-
tarium pro
prium, nō
tenentur
cuicunque
Notario
solvere ex-
tractum.

§. 2. Quoad Consularum Artium, & Universitatum, etiam Mercatorum, sublati omnibus Assessores, & abrogata in Judicialibus quacunque Consulum Jurisdictione, succedant competentes Judices Ordinarii, inter quos si locus præventioni, adhibitis (quatenus opus videatur) eidem Consulis solummodo tamquam Peritis in rebus, & negotiis eorum Artem concernentibus.

De Juris-
dictione
Consula-
rium mo-
deranda.

§. 3. Excipiuntur tamen à præfenti Decreto Consules Agriculturæ, illorumque Assessores, necnon Notarii Universitatis Mercatorum, & Aromatariorum pro eorum Officiis titulo oneroso acquisitis, donec aliter provideatur.

Excipiu-
tur aliqui.

§. 4. Rursus Congregatio censuit, quod Judicibus particularibus jam suppressis, & abolitis, quibus fuit reservata facultas expediendi Causas instructas, ac legitime contestatas ante Decretum suppressionis, & abolitionis, præfigatur terminus per totum mensem Decembris proximè venturi ad illas expediendas, alias dicto termino elapso Causæ prædictæ devolvantur in statu, & terminis ad Judices Ordinarios Romanæ Curie.

Causæ pen-
dentes Tri-
bunalibus
suppressis
reservatæ
expediendæ
in hoc
termino.

§. 5. Hujusmodi verò terminus non suffragetur in Causis pendens coram Consulis, eorumque Assessores, nam ipsorum Jurisdictione, etiam in Causis instructis, & contestatis, statim à die publicationis præfentis Decreti penitus, & omnino cessare debeat.

Consuli-
bus non
præfigitur
terminus,
quia causæ
non refer-
vantur.

§. 6. Decretum in præterita Congregatione editum de appellationibus, seu recursibus judicialibus interponendis ad Judices Ordinarios Romanæ Curie à Sententiis seu Decretis Judicum in Partibus deputatorum, seu deputandorum à Protectoribus Locorum Piorum, aliisque Privilegiatis, censuit Congregatio comprehendere etiam illos, cujuscunque dignitatis sint, etiam Cardinalitatis, qui ratione Episcopatum, Guberniorum, Abbatiarum, Commendarum, aut ex quovis alio titulo, vel privilegio hujusmodi Jurisdictionem tunc in committendo, tunc in decernendo, vel judicando usque ad præfens in Urbe per se, vel alios exercuerunt.

Decretum
ut à Judi-
cibus pri-
vilegiato-
rum appel-
latur ad Ju-
dices Or-
dinarios
Curie, cō-
prehendit
etiam De-
legatos
Cardinaliū
in partibus

§. 7. Ha-

1692.

De Iudice
secundæ in
stantia in
partibus
deputando
universali-
ter, non sin-
gulariter.

Eminentis-
simi Vica-
rii Urbis
facultates
reducendæ
ad termi-
nos Juris
communis

Approba-
tio Sanctis-
simi, & ex-
ecutio ex
nunc.

Publicatio
1692.

LXXIX.

Causæ non
excedentes

§. 7. Habentes autem facultatem eligendi in Partibus Iudicem secundarum Instantiarum teneantur illum ibidem per unicam, & universalem deputationem ad omnes Causas deputare; Et si controversia emergat, vel super reculatione, vel super modo procedendi coram dicto Iudice deputato, recurratur ad Signaturam Iustitiæ, quemadmodum in cæteris aliis Causis, & negotiis fieri solet.

§. 8. Postremò censuit Congregatio, omnia, & quæcumque Indulta, & facultates Cardinali Vicario Urbis, & Iustitiæ Tribunalis sub quibusvis formis, decretis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, concessas per quoscumque Romanos Pontifices, & signanter per san. mem. Clementem X. in ejus Literis sub dat. pridie Idus Augusti 1671. reduci debere ad terminos Juris communis, Concilii Tridentini, & Reformationis san. mem. Pauli Quinti. Hac die 7. Septembris 1692.

Facta per me infra scriptum sub eadem die relatione supradictarum resolutionum Sanctissimo D. Nostro Sanctitas Sua illas publicari, & interim omnino observari mandavit, ac si Bulla desuper edenda jam emanasset.

Anfaldus de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Sequuntur nomina Prælatorum, aliorumque, qui prædictæ Congregationi Particulari à Sanctissimo specialiter deputatæ intervenerunt.

Reverendiss. P. D. Prosper Bottinius Archiep. Myren. Fisci, & Cam. Apost. Advocatus, & Promotor Fidei.

Reverendiss. P. D. Jacobus Emerix Sac. Rotæ Decanus.

R. P. D. Matthæus Yfere de Heruault Sac. Rotæ Auditor.

R. P. D. Fredericus Caccia Sac. Rotæ Auditor.

R. P. D. Jo. Dominicus Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Curtius Origus Signaturæ Iustitiæ Auditor.

R. P. D. Joseph Sacripantes Sanctiss. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Rev. Cameræ Apostolicæ Commissarius Generalis.

R. P. D. Anfaldus de Anfaldis Auditor Sanctissimi.

D. Fattinellus de Fattinellis Primus Collateralis Curie Capitolii.

D. Jo. Dominicus Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentiss. D. Card. Vicarii.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim Ac. & S. P. A. Notarii Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator Deputat.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curie, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Antonium Simoncellum SS. D. Nostri Papa Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. Thomas Orlandus Curs.

Decretum extensivum circa Causas recurribiles, & nonnullæ aliæ provisiones.

UT eodem tempore Litigantium, præcipue Pauperum dispendio, ac injustis tergiversationibus obviatur, Congregatio Particularis à SS. D. N. INNOCENTIO. XII. specialiter deputata infra scriptas edidit provisiones.

§. 1. Quod Causæ omnes quorumcumque Tribunalium Urbis non excedentes summam scutorum

quingenta in posterum non sint amplius appellabiles, neque indigeant Commissione sub Banca, vel ex Signatura Iustitiæ, sed tanquam merè recurribiles, absque confessione registri, aut solutione propinæ cognosci, & definiri debeant per Acta ejusdem Notarii, ac per suos Iudices deputandos in gradu recursus semel, aut pluries, prout casuum circumstantiæ suadebunt, & prout prius observabatur in Causis infra summam scutorum viginti-quinq; In Curia verò Capitolina idem servetur quoad Causas non excedentes summam scutorum viginti.

§. 2. Quod Citationes ad recipiendum fiant dumtaxat coram Iudice Mandati, & alibi factæ possint impunè sperni absque vitio attentatorum, eademque Citationes bis exequutæ, & non reproductæ possint, ut supra, imputè contemni.

§. 3. Rursus quod (excepta à præsentis ordinatione Curia A. C. quam Congregatio non intendit privare suis ordinariis consuetis facultatibus) respectu aliorum Tribunalium, terminus ad solvendum non suscipiatur, nisi coram Iudice Mandati, quodque idem terminus non possit excedere numerum decem dierum, declarando, seu innovando in hac parte disposita in Reformatione san. mem. Pauli V. sub tit. de Iudic. in Caus. Civil. §. 12. Idque sub poena falsi quoad Notarios contrarium facientes. Die 21. Septembris 1692.

Facta Sanctissimo D. Nostro relatione præmissarum resolutionum, Sanctitas Sua eas approbavit, ac imprimi, & observari mandavit in omnibus Curis, & Tribunalibus.

A. de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Nomina autem Prælatorum, aliorumque qui præcitata Congregationi Particulari à Sanctissimo deputata interfuerunt, sunt hæc.

Reverendiss. P. D. Bottinius Archiepisc. Myren. Fisci, & Cameræ Apostolicæ Advocatus, ac Promotor Fidei.

Reverendiss. P. D. Emerix Sac. Rotæ Decanus.

R. P. D. Heruault Sacre Rotæ Auditor.

R. P. D. Caccia Sacre Rotæ Auditor.

R. P. D. Molines Sac. Rotæ Auditor.

R. P. D. Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Origus Signaturæ Iustitiæ Auditor.

R. P. D. Sacripantes SS. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Nuptius R. C. A. Commiss. Generalis.

R. P. D. Anfaldus Auditor Sanctissimi.

D. Fattinellus Primus Collateralis Curie Capitolii.

D. Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentiss. D. Card. Vicarii.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C., & S. P. A. Notarii. Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator Deput.

Die, mense, & Anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curie, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Decium de Camillis SS. D. N. PP. Curs.

M. Aurelius Pelliccia Mag. Curforum.

Decretum super declaratione, & respectivè suspensione Privilegiorum quorumcumque Privilegiatorum (vulgo PATENTATI) Urbis, ac Status Ecclesiastici.

Quoniam experientia compertum est, cursum rectæ, & expeditæ Iustitiæ, in qua Salus

scuta quin-
quaginta
non sunt
appellabi-
les.

In Capito-
torio non
exceden-
tes viginti

De Citatio-
nibus ad
recipien-
dum.

De termi-
no ad sol-
vendum
ubi susci-
piendum.

LXXX.

Privilegiū
fori Paten-

reipubli